Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ihsm uero pdiderunt. Iudeis
aut ples: ait illis. Quae uul
tis uobis de uobis dimitti: At
illi dixerunt. barrabam. Dicit
illis pylatus. Quid faciam
ig de ihsu qui dr xps? Dicunt
omnes. Crucifigatur. Ait illis
ples. Quid enim mali fecit.
At illi magis clamabant
dicentes. Crucifigat. Videns
autem pylatus quia nichil pro
ficeret. et magis tumultus
fieret: accepta aqua lauit
manus coram pplo dicens
innocens ego sum a sanguine
huius hui: uos uideritis. Et
respondens uniuersus pplus.
dixit. Sanguis eius super nos
et super filios nros. Tunc di
mittit illis barrabam: ihsum
autem flagellatum tradidit
eis ut crucifigerent. Tunc
milites presidis suscipientes
ihsum in pretorio congregaue
runt ad eum uniuersam cohor
tem. Et exeuntes eum claui
dem coccineam induerunt
eum: et plectentes coronam de spi
nis posuerunt super caput eius:
et harundinem in dextera eius.
et genu flexo ante eum illude
bant dicentes. Ave rex iudeor:
et exspuentes in eum: accepe
runt harundinem et percutiebant
caput eius. Et postquam illuse
runt ei: exuerunt eum clamide
et induerunt eum uestimentis
eius: et duxerunt eum ut crucifi
gerent. Exeuntes autem inuenie
runt hominem cyrenei nomine
simonem: hunc angariauerunt ut tolleret
crucem eius. Et uenerunt in lo
cum qui dr golgotha: qd est cal
uarie locus. Et dederunt ei
uinum bibere: cum felle mixtum
Et cum gustasset: noluit bibere
Postquam autem crucifixerunt eum
diuiserunt uestimenta eius
sortem mittentes: ut impple
retur qd dictum est prophetam
dicentem. diuiserunt sibi uesti
menta mea. et super uestem mi
serunt sortem. et sedentes seuaba
nt eum. Et impposuerunt super ca
put eius causam ipsius scriptam
Hic est ihs rex iudeor. Tunc
crucifixi sunt cum eo duo latrones.
unus a dextris. et unus a sinis
tris. Pretereuntes autem blasphe
mabant eum. mouentes capi
ta sua et dicentes. Vah qui des
truis templum dei: et in triduo
illud reedificas: Saluum fac